Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



226 273

Ecce iste uenit saliens in montibus transi
liens colles: similis est dilectus meus ca
pere hinnulo aut cerui. Ecce ipse stat post parie
tem nostrum respiciens per fenestras prospi
ciens per cancellos. Ecce dilectus meus loquitur
mihi. Surge propera amica mea columba mea
formosa mea et veni. Iam enim hiems transiit
imber abiit et recessit: flores apparuerunt
in terra nostra: tempus putationis aduenit
vox turturis audita est in terra nostra: ficus
protulit grossos suos. vinee florentes dede
runt odorem suum. Surge propera amica mea spe
ciosa mea. ~~et veni columba mea~~ in foraminib⁹
petre in cauerna materie. Ostende mihi fa
ciem tuam. Sonet vox tua in auribus meis.
vox enim tua dulcis: et facies tua decora. Ge
Benedicta et venerabilis. Alla. V. Benedicta tu in mu
lieribus et benedictus fructus ventris tui. Alla. V.
Ecce maria ter virginitas per secula commendatur dum visitans
elyzabeth ut subdita parabatur. Alla. V. Spes datur
omnipotens maria mox in nocere videtur hanc elyzabeth humiliter
Veni praecella dina maria tuos **sequencia** visitare
visita egros mentes illuma sacra uite munera. Veni *pro
saluator seculi sordes aufer piaculi in visitando plin pene
tollas piaculum. Veni regina gentium dele flammas creatu
rum rege omnium deuium da uitam innocentium. Veni ut
animum visites maria mires robores virtute sacri impetus
ne fluctuetur anima. Veni stella lux maris infunde
pacis gaudium exultet cor in gaudium iohannes animum.
Veni virga regalis reduc fluctus errantium ad vnitatem
fidei in qua saluantur celici. Veni de polo spiritus sancti dona